



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXL. Romana donationis de Silla. An facta donatione contemplatione
matrimonii cum facultate donaatori reservata adjiciendi substitutiones cel
fideicommissum, talis sola reservatio inducat necnè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

an eo in pupillari etate moriente, bona ad unum vel alterum pertineant, e converso autem interest, ita sine aliquo ipsius facti adulti novo onere vel gravamine, tale augmentum obtinere, ut à simili, imò fortiori *Gomes tom. 1. var. cap. 4. numer. 6. vers. Quid facit Barry de success. lib. 4. tit. 5. num. 4. Gaill. lib. 2. observat. 137. num. 13. cum sequen.*

Fortius verè ponderabam præmissa procedere, quod hæc dispositio non fiebat ab extraneo, & in bonis verè propriis pupillorum, sed fiebat à patruo magno, qui plusquam benevoli patris partes cum his pupillis gesserat atque in bonis ab ipsomet obveniens; Ut enim advertitur dicto disc. 87. sub tit. de feudis, multa donatori viventi conceduntur, quæ aliàs in jure negantur, atque si donatori quamvis extraneo datur facultas substituendi etiam pupillariter, quod est singulare privilegium patriæ potestatis ad text. in l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill. cum concord. per Menoch lib. 4. præsumpt. 48. num. 13. Barry de success. dicto lib. 4. tit. 4. num. 4. Igitur multo magis iste actus permitendus videbatur etiam tanquam per speciem illius suppletionis voluntatis disponentis defuncti, quæ ab ipsa lege conceditur juxta ea quæ habentur supra in *Tudertina disc. 115.* Atque ita prædicatum fuit, sed casus non evenit, dum distincti infantes effecti fuerunt majores, adhuc viventes, imò masculus filios procreavit & procreare sperat. Illa verò occasione, & quatenus onus de novo adijciendum haberet tractum successivum cogitabam, an primo gravato tali oneroso augmento consentiente, id afficeret successores jure proprio ac independenter venientes, quem casum percutiunt etiam *Molina & ceteri ubi supra*; Credebam autem materiam regulandam esse cum iis, quæ habentur in *disc. seq. & disc. 72. cum seq.* in proposito transactionis, quæ facta per gravatum afficiat necne successorem ex persona propria venientem, & de quo etiam sub tit. de feud. disc. 49.

aliis, quamvis ex diversis matrimoniis; Et incidenter, An allectio alicujus cognati in familiam propriam sit revocabilis; Et de transactione, An obliet venienti jure suo independenter.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 Quando transactio afficiat successores jure proprio venientes.
- 4 An solemnitates requisite in donationibus exigantur in illis contemplatione matrimonii.
- 5 Data etiam potestate transgendi, id recipiendum est, dummodo consultum remaneat successoribus.
- 6 Quod regulariter in donatione contemplatione matrimonii, filii non censeantur vocati, remissive.
- 7 Si quis reservaret adijcere fideicommissum in alia dispositione, qua non sequatur, an adhuc fideicommissum censeatur inducitur necne, distinguitur.
- 8 Non implicat ordinatum esse in bonis fideicommissum particulare, & tamen eadem posse subiacere alteri fideicommissum ordinato, & reservato.
- 9 Adoptio seu allectio in familiam est quandoque revocabilis.
- 10 Familia allecta, seu aggregata post dispositionem, seu ipso disponente ignaro, vel invito, sub eadem dispositione non venit.

DISC. CXL.

FRANCISCUS Silla propria prole, ac agnatis, ut supponebatur, destitutus, atque cupiens juxta commune, ac naturale fortè itulium desiderium, proprium cognomen, seu familiam artificialiter renovandi & conservandi mediante persona Tholomæi filii Seraphinæ neptis ex fratre, occasione seu intuitu matrimonii, ipsomet Francisco tractante & desiderante per dictum Tholomæum contrahendi cum Helena Venusta, donationem fecit seu. m. ad limites dotis, quæ tantundem importabat, sibi reservata facultate adijciendi in illis bonis illud fideicommissum, quod in eisdem Tholomæi filii ac descendentes proprius donatoris familiæ conservatione & propagatione ordinare volebat in reliquo ejus asse; Cum autem dissoluto dicto matrimonio per mortem mulieris absque prole, præfatus Tholomæus, incio, vel sciente sed invito dicto Francisco, ad alias nuptias convolasset, hinc idem Franciscus nedum revocavit allectionem dicti Tholomæi in ejus cognomen & familiam, sed illum ingratum ac indignum declarando, revocavit, seu resolutam aut invalidam declaravit dictam donationem, ex quocumque capite illa invalida vel resoluta censeretur, deindeque moriens hæredem instituit Domum Probationis Societatis Jesu, contra quam præfatus Tholomæus pro dicta summa donata iudicium instituit; Et introducta causa in *Rota coram Pamphilio*, qui deinde fuit Pontifex *Innocentius X* cum ex parte dictæ Domus reconventæ oppositum fuisset de prædictæ donationis nullitate ex defectu solemnitatum in donationibus in Urbe adhibendarum ex Statutis 149. & 150. quodq; ubi etiam donatio fuisset valida, adhuc tamen esset resoluta tanquam ex cessante causa.

E c 4

atque

ROMANA
DONATIONIS DE SILLA

PRO

DOMO PROBATIONIS
SOCIETATIS JESU.

CVM

CAROLO SILLA.

Casus accisus per Rotam, ut infra.

An facta donatione contemplatione matrimonii cum facultate donatoris reservata adijciendi substitutiones vel fideicommissum, talis sola reservatio inducat necne fideicommissum etiam sine alio actu; Et quatenus induceret, An intelligatur solum de filiis, & descendentes ex illo matrimonio, vel de omnibus

atque proposita causa, ob difficultates ac aliquam
votorum discrepantiam nulla capta fuisset resolu-
tio; Hinc proinde mediante opera & auctoritate
eiusdem Pamphili deventum fuit ad concordiam,
per quam dicta Domus solvit præfato Tholomæo
scuta 2. m. hoc est 400. liberè, & 1600 investienda
pro eiusdem Tholomæi filiis & descendentibus.

Dicto autem Tholomæo defuncto, Carolus eius
filius secundi matrimonii litem instauravit coram
2 A.C. à quo prodiit sententia dictæ Domus abso-
lutoria, & devoluta per appellationem causæ in
*Rota coram Bevilacqua, datoque dubio An dicto Ca-
rolo actori suffragaretur donatio, vel potius, obstatet trans-
actio, sub die 13. Martii 1665. prodiit resolutio eidem
Domui favorabilis super transactionis obstantia;*
Reproposita verò causa sub die 2. Decembris 1667.
perstitum fuit in decisio. excitata tamen difficultate,
ut eadem Domus ad limites transactionis docere
deberet de dicto investimento scutorum 1600. ad
favorem filiorum dicti Tholomæi, insinuando quod
aliàs teneri deberet ad quanti intererat illud factum
non esse, atque in hoc statu causa reperitur ex solo
facto fortè finem acceptura: quod scilicet ex parte
eiusdem Domus iustificaretur dictum Carolum esse
se Tholomæi hæredem, vel patri distrahenti non-
nulla bona huic investimento affecta consensum
præstitisse, etiam cum propria obligatione de evi-
ctio, quod quando subsisteret, omnem tolleret
quæstionem.

In huiusmodi autem disputationibus habitis, tam
coram A.C. quàm in Rota, ceteri scribentes pro
Domo rea conventa, pro qua ego quoque scribe-
bam, principaliter insistebant super exceptione
3 transactionis, non obstante quod actor prætenderet
venire tanquam vocatus ex persona propria in-
dependentè à transigente, ex conclusione hodie in
Rota & Curia satis frequenti ac recepta, quod ubi
non constat transactionem collusivè, ac mala fide
initam esse, afficit etiam successores quamvis
ex persona propria, ac independentè venientes, ut
pluribus auctoritatibus, & decisionibus cumulatis
firmatur in utraque huius causæ decisione, ac habe-
tur infra disc. 172. & seqq. ad hanc materiam trans-
actionis, ac etiam sub tit. de feudis disc. 49. ac alibi
pluries.

Cumque in proposito bonæ vel malæ fidei in-
spectio pendeat à probabili dubietate eventus li-
tis, super qua transactum est, & an id quod recipi-
tur vel respectivè dimittitur, æstimationi dicti du-
bii eventus congruat necne, ut in mox citatis locis
advertitur, Hinc proinde certum videbatur in hac
facti specie bonam fidem adesse, cum ex pluribus
dubia redderetur huiusmodi donationis substantia;
4 Primò scilicet ratione insinuatæ nullitatis resul-
tantis à defectu solemnitarum, quæ in donationi-
bus in Urbe desiderantur per Statuta 149. & 150.
Licet enim hodie satis receptum, ac extra contro-
versiam videatur, ut huiusmodi donationes con-
templatione certi ac determinati matrimonii tan-
quam causativæ ac habentes quamdam speciem
contractus correlative solemnitates non exigant,
neque veniant sub Statutis & legibus simpliciter
loquentibus de donationibus, nisi verborum am-
plitudo, vel aliæ circumstantiæ diversimodè suade-
ant, ex iis quæ habentur in *Urbinate*. & in aliis in
sua materia sub titulo de donationibus, Attamen ut
ibidem advertitur, ac etiam ego & ceteri in his dis-
putationibus probabamus, ac probatur etiam in
prima decisione, eo tempore quo præfens causa dis-
putata fuit in Rota coram Pamphilio, atque se-

quæta est concordia, id non erat decisiùm ac de-
matum ut hodie, sed erat nimirum controversia
inter DD. & tamen in plerisque decisionibus
deductæ habentur in illis huius causæ firmata
etiam unius Doctoris opinio ad hunc effectum
sufficit, quamvis id pro meo sensu sit periculosum,
alibi advertitur.

Secundò quia prætendi poterat donationem
quam merè causativam ex cessante causa trans-
actionis matrimonii absque reliquis donatoribus
fuisse resolutam, ex iis quæ in specie plebe-
rentur deducta in *Parmen. de Tarasensis* & in *Urbinate*.
ac in aliis sub eodem tit. de donationibus.

Et terriò fortius idem, quod donator in ipsa ob-
natione asseruit se principaliter moveri, ut in
vivendo cum sponso ejusque uxore ac filiis in
necessariis consolationes ac obsequia reciperet, quod
cessaverat, cum ejusdem sponsi arrogati in
positiva inobedientia & ingratitude ab ipso
natore declarata, ideoque ex his omnibus, resolu-
do etiam ad solam veritatem, absolutum videtur
concurrere justam causam transigendi, quæ non
ret transactionem bona fide irritam.

Adhuc tamen ab initio mihi motivum præ-
cui, non quia illud non reputarem verum, sed
in ipso met primo congressu habito pro dicta
causæ incipientis coram A.C. prævidi ac insinu-
difficultatem agnitam per Rotam in *secunda deci-
one 2. Decembris 1664.* quod ita exponeretur pro-
lo reiteratæ solutionis scutorum 1600. ob negatam
investimentum ad favorem filiorum ac descen-
dentium ad formam ejusdem transactionis, cupere
plenentum probandum est ab illo, qui eam dicit
pro suæ actionis vel exceptionis fundamentum, ab
aliis ita colludendo successores in totum trans-
actio remanerent, ut alibi ad hanc materiam con-
actionis super fideicommissio advertitur in *Urbinate*.

Quare deducendo etiam tanquam Advocatus
(ut ab aliis non discordarem), motivum prædictum
in quo utraque decisio principaliter fundata est,
ego magis insistebam in altero motivo carenti
actionis in actore, in prima decisione quoque actor
suo, quod mihi videbatur magis tutum ac solutum
dum ita cessabat dicta difficultas resultans ex
dicto investimento; Non poterat siquidem actor
re ex persona propria tanquam vocatus per
donationem ita simpliciter consideratam ob
contemplationem matrimonii; Tum quia verus
die omninò receptum est, etiam filios procreatos
ex ipso met matrimonio, cujus contemplatione
natio facta est, vocatos non censeri, neque
habere interesse, nisi illud, quod nostri vocant
donarium, quoties eorum mentio non habetur, res
urgent conjecturæ, ut pluries in præcedentibus
vertitur, ac plenius & ex professo in *d. Urbinate*.
in *Romana donationis de Jordanis* sub tit. de
Tum clariùs, quoniam actor neque erat filius
matrimonio, sed ex diverso procreatus.

Non negabantur hæc per scribentes in con-
um, sed dicebatur actoris vocationem resultare
deicommissio, quod idem donator in ipsa donatione
cum enixa contemplatione conservationis familie
& agnationis in ipsius sponsi descendentiâ
vandæ fecerat, & sic quod actor vocatus consideratur
non tanquam filius ex eo matrimonio procreatus
sed tanquam de agnatione & familia.

Replicabam tamen hoc fideicommissum
manifeste in simplicibus terminis velleitatis, & in
hæc ambulantis, ad dispositionis terminum per-

redacta, cum enunciatum esset per simplicem facultatem illud adijcendi per aliam dispositionem, qua non sequuta dictaque facultate ad exercitium non redacta, dispositio remanet pura, perinde ac si reservatio facta non esset, ad text. in l. illa in §. 8. C. de inst. & subsit. & in l. cum pater §. filium ff. de leg. 2. utrobique scribentes de quibus supra in Romana sensus seu fideicommissi. 118. Neque in hac facti specie dicebam cadere difficultatem de qua eodem discursu 118 quod scilicet dicta reservata facultas percuteret solum modum seu accidentia, non autem substantiam, dum literaliter constabat percutere substantiam, quoniam donator insinuaverat solum animum, quem habebat in testamento per eum ordinando, ipsum sponsum heredem instituendi, ac fideicommissum ordinandi.

Admittebatur id per scribentes in contrarium in reliqua hereditate, cujus respectu, verè indubitatum erat, reservationem percutere ipsius futuri fideicommissi substantiam; Negabatur autem quoad donationem jam perfectam, quasi quod in hac parte voluntas esset jam perfecta & determinata donandi sponso, eoque filiis ac descendantibus, fideicommissum verò in aliis bonis adijcendum, respectu bonorum donatorum enunciatum esset similitudinariè, tanquam pro modo cum quo adinstat universalis, istud particulare quoque regulandum esset, dum non implicat, ut bona supposita fideicommissi particulari supponi potuerint alteri fideicommissi universalis si illud factum esset, Gabr. conf. 132. in 3. quæst. num. 20 lib. 1. ubi latè concordantes, quem sequitur Rota decis. 418 num. 20 par. 5. nec.

Replicatio, eo modo quo deducebatur, verè non habebat substantiam, cum in effectu reservatio facultatis adijcendi fideicommissum eque percuteret bona hereditaria ac donata, atque unica esset dispositio, in qua reservatio substantiam verè percutiebat; Verum quando actor fuisset ex filiis illius matrimonii, cuius intuitu donatio facta fuit, adhuc superesset difficultas quæ sonaret in idem, cum ex hoc resultare videretur vehemens coniectura contemplationis filiorum, ex his quæ habentur supra in Romana de Cavis disc. 137. & in aliis.

Sed quia ipse erat filius diversi matrimonii parum grati ipsi donatori, qui propterea dictum donatarium ingratum declaraverat, atque tam donationem quam allectionem in familiam revocaverat; Hinc proinde, reflectèdo etiam ad solam veritatem, credebam actorem nullum ius habere dum posito quod ex dicta circumstantia resultaret coniectura vocationis filiorum, id nil proderat, dum ipse non erat de illis; Quinimò ubi etiam subsisteret dictum assumptum, quod in his bonis donatis fideicommissum esset perfectum, ut supra ad favorem agnationis, Adhuc dicebam; neque actorem de illa censendum esse, dum procreatus fuerat ex patre naturaliter cognato, & de extranea familia; Quamvis enim artificialiter ab ipso donatore in ejus familiam allectus esset, atque ita effectus agnatus etiam pro universa descendentiā. Nihilominus dicta circumstantia de tempore suæ procreationis cessaverat ob dictæ allectionis revocationem, quæ rectè sequi potuit, dum facta erat sine Principis auctoritate, ac sine promissione iurata de non revocando, iuxta ea quæ in proposito adoptionis vel arrogationis priore auctoritate factæ quoadcumque revocabiles habentur in l. cum in adoptivis Cod. de adoption. §. sed hodie in §. eodem cum concordant. per Merlin. de leg. lib. 1. tit. 9. n. 15. & l. 6. Rota decis. 214. num. fin. par. 4. rec. Ac etiam quia ut in specie familiæ allectæ ad-

vertitur apud Buratt. dec. 777. & habetur subsit. de præminentis disc. 13. sub alicuius dispositione facta ad favorem familiæ, venire non potest illa, quæ ipso ignaro vel nolente, allecta seu renovata fuit, cum animus non trahatur ad ignorata. & hic erat casus, quoniam donator voluit quidem renovare familiam suam sed per viam digni ac sibi grati matrimonii, non autem per aliam viam tibi ignotam. Quinimò sibi parum gratam, vel minus dignam ab eo reputatam pro tali renovatione, ut humanus discarctus, atque communis usus ad sensum clarè probant, atque ex his mihi videbatur dictam excusatam facultatem verè non habere probabilem substantiam

SENEN. FIDEICOMMISSI DE TANTUCCIIS

PRO

FEDERICO & FRATRIBUS

CVM

BARBARA DE TANTUCCIIS.

Casus disputatus in Rota Senensi, resolutus
ut infra.

An & quando fideicommissum ordinari possit per contractum: ita ut valeat nec nè; Et quando dicatur universale de omnibus bonis, vel particulare in certis bonis, & quomodo id dignoscatur, cum aliis ad hanc materiam fideicommissi per contractum, ubi præsertim agitur de reciproco favore agnationis, & accedit juramentum.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutio causa.
- 3 **D**e punciis causa.
- 4 **D**e distinctione Bartoli, an pactum directum sit ad personam, vel ad bona.
- 5 **Q**uod idem sit dicere de bonis ac de hereditate, vel successione, ut fideicommissum sit universale.
- 6 **D**e aliis coniecturis in idem, ut sub nomine bonorum veniat universa hereditas.
- 7 **D**eclaratur id, de quo num 5.
- 8 **Q**uod ubi verba directa sumi aut bona conventio sit invalida, sive de toto sive de parte, vel certis bonis.
- 9 **C**ontrarium imò etiam si ad sit verbum facultates, sed verbum hereditas.
- 10 **Q**uod aliud sit agere de hereditate, & aliud de facièndo heredem.
- 11 **Q**uod in hoc non sit inherendum formalitati verborum sed attendenda sit substantia voluntatis.
- 12 **S**tandum est potius capitulis, quam instrumento.